AUGUSTINUS
Admont, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dñi patris ñ intelligam nescio. quando quidem persona eius ostendit & in
ea uoce cum ihc in monte coram iis discipulis per fulgentem apparuit. & in
illa ubi super baptismum hominum columba descendit. & in illa ubi ad
patrem de sua clarificatione clamauit. eique responsum est & clarifi
cauit & clarificabo iterum. non quia fieri potuit vox sine opere filii &
spiritus sancti quippe inseparabiliter operantur; quia ea uox facta est quia solius
personam patris ostenderet. sic humanam illam formam ex uirgine ma
ria trinitas operata est; solius filii persona est. Visibile namque filii solius
personam inuisibili trinitas operata est. Hec nos aliquid phibet illam uocem
factam ad aliquam non solum a trinitate factam intelligere; etiam personam demon
stratam eius de trinitate accipere. Ubi enim cognitum non in patris accipere ubi
dictum est hic est filius meus dilectus. Neque enim ihc etiam spiritum sancti filius. aut
etiam suus filius credi aut intelligi potest. Et ubi sonuit & clarificauit
& iterum clarificabo non in patris personam fatemur. responsio quippe est ad
illam dñi uocem quam dixerat pater clarifica filium tuum quam non potuit di
cere in dono patris tantum. non & spiritum sancto cum non sit filius. Hic autem ubi spi
ritum est & dixit dñs ds ad abam. cur non ipsa trinitas intelligatur nisi dici
potest. Similiter etiam quod spiritum est & dixit dñs ad abraham. exi de terra tua
& de cognatione tua. & de domo patris tui. non est apertum utrum
sola uox facta sit ad aures abrahe an & oculis eius aliquid apparuerit. Paulo post autem aliquanto apertius dictum est. visus est dñs abrahe & dixit
illi. Semini tuo dabo terram hanc. Sed nec ibi expressum est in quam
specie uisus ei sit dñs. aut utrum pater an filius an spiritus sanctus ei uisus
sit. non forte idcirco putant filium uisum esse abrahe quia non spiritum est uisus
est ei ds; uisus est ei dñs. tanquam enim prope uidetur filius dñs uocari. di
cente apostolo. Nam & si sint qui dicantur dii siue in celo siue in terra sicuti sunt
dii multi & dñi multi. nobis tamen unus ds pater ex quo oia & nos in ipso.